



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

56. Utrùm obstetrices teneantur scire formam Baptismi, & modum baptizandi? Et an Sacerdos peccet saltem venialiter, si proferat formam Baptismi in lingua vulgari; quia de obstetricibus, & sæcularibus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

Quo ad cōtentum in hoc & seq. §. supra ex Ref. 50. lege §. Sed affirmativum a medio.

3. Sed ex his oritur alia curiosa dubitatio, an si in ipsa applicatione nix, seu glaciēs resoluantur, sint materia sufficiens sacramenti Baptismi? Adamus Tannerus in *Theol. Schol. tom. 4. disp. 4. qu. 1. dub. 2. num. 44.* respondet, quod si dum subliunt manibus adhuc, vel applicationi baptizantis resoluantur ante ipsam receptionem in corpore baptizandi, tunc utique docet, sufficientem fore materiam Baptismi; si verò resolutio primum fiat in corpore baptizandi, tunc non videtur valere Baptismus, quia revera is, qui baptizat, non adhibet materiam ablutioni aptam, ideoque nec proprie abluat, sed si qua fit ablutio, sit potius ab eo, qui baptizatur. Ita Tannerus.

4. Verum non desunt Doctores asserentes materiam proximam Baptismi sitam esse in ablutione, ut passiva, & non ut activa & ita docet Suarez in *3. p. tom. 3. disp. 20. sect. 2. Sotus in 4. disp. 3. art. 1. §. ex quo fit, & alij, licet Vasquez in 3. part. tom. 2. disp. 1. 4. 1. cap. 2. Petrus Ochagavia de Sacram. tract. de Baptism. quest. 3. Coninch. de Sacram. g. 66. art. 4. dub. 2. & alij asserant ablutionem tam ut activam, quam ut passivam, utrovis modo esse materiam Baptismi. Unde utraq; opinio est probabilis.*

RESOL. LV.

An Sacerdos baptizans cum aqua non benedicta peccet mortaliter?

Et quid, si alij exteriores ritus, insufflationes, unctiones, & similes ceremonie desissent in solemni Baptismo; vel si sine stola, aut superpelliceo fieret Baptismus? Ex part. 9. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 32. alias 33.

§. 1. **N**egativam sententiam tenet Quintanaduēnas in *Theolog. moral. tom. 1. tract. 1. singul. 22. num. 2.* [Quia nullum extat Præceptum, nec divinum, nec positivum, de baptismalis aquæ benedictione pramittenda. Secundo, quia ex gravitate, vel levitate materia colligitur gravitas, vel levitas peccati in transgressione cuiusvis Præcepti, & nominatim in omissione Rituum, qui prescribuntur in celebratione Missarum, ut docent omnes Doctores relati: si autem ommissio fiat alicujus ceremonie gravioris, continentisque specialem significationem, materia erit gravis, ut si quis omittet mixtionem aquæ, & vini, fractionem Hostiæ, aut mixtionem; vel signa omnia, vel plura, quæ sunt super oblata, & alia hujusmodi: ergo, ex gravitate materia censenda erit lethalis, vel non lethalis, ommissio alicujus ritus in celebratione solemnis Baptismi; sed materia gravis non videtur, quod aqua sit benedicta, cum solum ob majorem decentiam benedictio addatur aquæ: ergo &c.]

2. Consonat his Granado: Peccabit graviter, inquit *contr. 4. de Bapt. tract. 2. disp. 1. num. 5.* si baptizans conferat Baptismum sine debita solemnitate, id est, sine illis ceremoniis, quas Ecclesia prescripsit: si autem unam, vel alteram rem minimam prætermittet, culpa esset levis. Aqua non benedicta baptizare, quid leve debet existimari; cum benedictio, nec ad essentiam, nec ad integritatem Sacramenti, nec ad justificationem, intentionemve baptizandi, nec ad essentialem Baptismi solemnitatem, nec ad gravis significationem mysterij pertineat. Nec levissimum luboretur scandalum, si aqua non benedicta fiat Baptismus: sicut oriretur, si alij exteriores ritus, insufflationes, unctiones, & similes

desissent in solemni Baptismo; vel sine * stola, aut * Super his infra in tr. 2. Ref. 9. §. Confirmatur.

3. Sed ego, Sacerdotem cum aqua non benedicta baptizantem, reum culpæ lethalis esse existimo: nec talis benedictio levis materia censenda est, ut de se patet. Primum, quia versatur circa materiam ipsius Sacramenti. Secundo, quia habetur in Manuali specialis benedictio. Tertiò, quia talis benedictio non efficitur, nisi in Sabbatho Paschæ, & Pentecostes. Quarto, quia in ipsa benedictione adhibetur trina infusio Sacri Crismatis in modum Crucis; quæ omnia satis demonstrant, talem benedictionem rem levem non esse, ut vult Quintanaduēnas: & de illa mentionem fecerunt Dionysius de celest. Hier. cap. 2. punct. 2. Augustinus homil. 27. & 50. & lib. 6. contra Julianum, cap. 8. & Ambrosius lib. 1. de Sacrament. cap. 5. & Rabanus lib. de institut. Cleric. cap. 28. relatus in cap. Deinde de conf. disp. 4. Unde Lessius in 3. part. quest. 71. n. 6. ex D. Basilio lib. de Spiritu Sancto, cap. 2. dicit, consecrationem aquæ esse traditionem Apostolicam.

4. Et ideo nostram sententiam, præter Nugnum Suarez, & Bonacinam à Quintanaduēnas citatos, tenet ex Societate Jesu Castr. Palaus *tom. 4. tract. 19. disp. unica. punct. 12. num. 3.* Ioannes Præpositus in 3. part. D. Thomæ, quest. 71. art. 4. dub. 1. n. 5. ubi licet ait: [Notandum, quod licet materia sufficiens Baptismi sit quævis aqua naturalis; non possit tamen absque peccato extra necessitatem conferri in aqua non benedicta secundum ritum Ecclesiæ. Itaque Baptismus debet administrari in aqua, quæ solet pridie Paschatis, & Pentecostes consecrari, cum infusione Crismatis: quæ si deficiat, alia etiam extra illa tempora est consecranda: imò, si talis commode possit haberi, est adhibenda in Baptismo, etiam non solemni, in quò tamen non videtur magnus scrupulus faciendus.] Ita ille, cui adde Hurtadum de Sacram. Baptism. disput. 5. difficult. 2. ita aientem: [Aqua naturalis, quæ necessaria est ad valorem Baptismi, debet esse benedicta peculiariibus invocationibus, & consecratione, trina Crismatis perfusione, ut habetur in Rituali, non necessitate Sacramenti, sed tantum Præcepti Ecclesiastici, orta ex antiquissima Ecclesiæ consuetudine.] Hæc Hurtadus. Vide etiam Mercerum in 3. part. D. Thomæ, g. 71. art. 4. propos. 4. Rectè itaque dixit D. Cyprianus lib. 1. Epist. 12. [Oportet ergo mundari, & sanctificari aquam prius à Sacerdote, ut possit Baptismo suo, peccata hominis, qui baptizatur, abluere.]

RESOL. LVI.

Utrum obstetrices teneantur scire formam Baptismi, & modum baptizandi?

Et an Sacerdos peccet saltem venialiter, si proferat formam Baptismi in lingua vulgari; quia de obstetricibus, & secularibus non est dubitandum? Ex part. 2. tr. 1. §. & Misc. 1. Ref. 46.

§. 1. **T**eneri putat Paludan. in 4. sent. disp. 5. q. 2. art. 1. n. 7. De Anton. p. 3. c. 1. §. 4. Turrectem. in cap. si mulier. de consecr. disp. 4. in fin. & ex neotericis Navarr. in manu. c. 2. n. 6. Henriquez lib. 2. c. 29. n. ult. Sà ver. Baptismus num. 12. Zambran. in suis dec. c. 1. dub. 16. Reginald. tom. 2. lib. 17. c. 6. n. 45. & novissimè Rodriq. in sum. H. span. tom. 3. c. 26. n. 5. ubi ait: [Vista la necesidad del Baptismo, y que muchas vezes no suffice dilacion, por muy pequeña, que sea, y que ninguno mejor, y con mas brevedad

De Sacram. Baptismi. Resol. LVII. &c. 37

brevidad puede acudir a ella si no es la partera, no puedo dexar de tener, que la charidad las obliga a saber la dicha forma, pues su officio es estar mas propinquas al parto, que las demas personas, y por respeto de la dicha propinquidad pueden en un punto remediar la criatura, que no perezca eternamente; y para la salud eterna della obligacion tiene saber la dicha forma.] Putant igitur hi auctores, cum casus iste sit nimis frequens, ut experientia docet, & tali necessitati extrema vix possit succurri, praeterquam ab obstetrice, maxime quando puer nondum integrè est natus teneri dictas obstetrices ratione sui officij succurrere necessitati extremae; quae annexa est sapissime tali officio, ac consequenter scire formam Baptismi, saltem lingua vernacula; & modum baptizandi.

2. Sed licet haec opinio sit pia, & consulenda, tamen probabilem puto contrariam sententiam, quam tuerent Suarez in 3. part. tom. 3. dispnt. 21. sect. 6. ubi ait: Aliqui asserunt teneri foeminas, quae ex officio sunt obsterices, ad scienda ea, quae sunt substantialia ad baptismum, scilicet materiam, & formam, saltem vernacula lingua quae opinio est pia, & consulenda, tamen in rigore non video, quale sit hoc praecipuum, quia non est positivum Ecclesiasticum, ut constat, nullibi enim reperitur scriptum. Neque est naturale, quia non pertinet ad iustitiam, quae ex vi sui muneris non obligatur obsterix, ad curandam salutem animae pueri, sed solum ad rectè cooperandum nativitati corporali ejus. Neque etiam pertinet ad charitatem, quia licet supposita necessitate pueri, teneatur quilibet illum baptizare, si potest, non tamen tenetur uniusquique esse paratus, aut instructus ad dandum baptismum, si fortasse inveniat proximum in necessitate constitutum. Ergo, neque charitas obligat obstericem ad hujusmodi praeparationem, seu dispositionem.

3. Ad argumentum Rodriquez, & Zambrani respondetur, quod licet fortasse sapius in eo munere accidat talis necessitas, tamen rarissime evenit, vel non adesse aliquem alium, a quo possit infans baptizari, vel necessitatem esse tantam, ut non possit citò vocari, & expectari. Ergo propter rarissimum eventum non obligat charitas ad praedictam scientiam. Vide Possivin. de officio Curati, cap. 6. num. 26.

4. Nota verò, quod non solum obsterices, & laici possunt baptizare sine ullo peccato in vernacula lingua, sed Sacerdotes peccant solum venialiter proferendo formam baptismi in lingua vulgari. Sic Nugnus in 3. part. tom. 1. q. 60. art. 8. difficult. 3. & Bonacina de Sacrament. dist. 2. q. 2. punct. 4. num. 27.

cerdotem non conficere sacramentum, & consequenter peccare mortaliter. Sed mihi placet opinio Henriquez in summ. lib. 2. cap. 36. n. 4. Bonac. de sacrament. dist. 2. q. 2. punct. 4. n. 16. Coninch. ubi infra, & aliorum; nam relicta illa particula, in, non destruitur sensus forma. Ergo validum erit sacramentum. Probatur antecedens; nam idem omnino est sensus, sive dicas, In nomine Patris, sive nomine Patris. Immo in, videtur, tanquam per Hebraismum adungi, sicut quando dicimus, Credo in Deum, pulso, vel cano in cithara, quae phrasi Hebraea idem significant, quod Credo Deum, & cano citharà.

2. Quantum verò ad particulam, &, Vivald. in Candelabro aur. tract. de forma Baptismi, num. 11. Barthol ab Angelis in suo exam. confess. dial. 2. §. 115. Conrad. in respons. cas. conf. tom. 2. q. 84. Reginald. ubi supra, qui citat Sylvestrum, & Innocentium, putant esse de essentia formae. Et ratio est, quia personae divinae constituuntur, & distinguuntur per relationes paternitatis, filiationis, & spirationis passivae, quae quidem personae debent in forma baptismi exprimi, secundum eas maxime rationes, quibus constituuntur, & inter se distinguuntur, ad quam distinctionem indicandam particula, &, facit aliquid; ergo non est relinquenda in forma Baptismi.

3. Ego verò contrariam sequor sententiam, cum Comitolo ubi supra num. 5. & Toletò, quam sequutus est etiam Coninch. de sacrament. tom. 1. q. 66. art. 6. num. 61. & Pitigian. in 4. sent. part. 1. dist. 3. q. 2. art. 12. Nam in forma, quae caret conjunctione, &, significatur, & invocatur tota Trinitas. Ergo erit verum sacramentum; relicta enim illa particula, &, remanet adhuc integer sensus formae. Ex his igitur apparet, Sacerdotem conficere sacramentum, si baptizaret haec forma; Ego te baptizo nomine Patris, Filij, Spiritus sancti, relinquendo particulam, in, cum, &, nam mutatio non est substantialis, nec destruit sensum formae.

4. Quantum atinet ad peccatum ratione parvitas materiae, excusarem a culpa lethali; sic Bonacina supra; sicuti etiam de omitente particulam, * enim, in forma Eucharistiae diximus supra; & licet hoc sit contra communem usum Ecclesiae, tamen si haec particulae omittantur, sine scandalo, & contemptu; non erit, nisi peccatum veniale, ut in casu simili notavit Vasq. in 3. p. tom. 2. dispnt. 142. in aliis ejus n. 30. & Sot. in 4. dist. 3. quonic. art. 5. §. quod si, & Ribeus de sacra. in 4. sent. dist. 3. cum summa Corona p. 4. de forma baptizandi, n. 14.

pro particula in, in to. 2. tr. 1. ex Ref. 221. §. 2. prope finem, à veris. Et secundū.

* Sup. hac particula omis, in tom. 2. tr. 2. Ref. 222. & in aliis ejus nor. primae.

RESOL. LVIII.

An si quis adderet aliquid formae baptismi, dicendo, v.g. Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, & B. Virginis, vel omnium Sanctorum, conficeret sacramentum? Ex part. 2. tr. 15. & Misc. 1. Resol. 48.

§. 1. Iacobus de Grassis in suis dec. aur. pari. 2. lib. 1. cap. 3. n. 24. respondet negativè; ait enim: Additio semper vitiat Baptismum, quia formae nihil addendum est, sive detrahendum, cap. forrissime, cap. si non significatur, & cap. de Arrianis, de consecr. dist. 4. & in hoc Host. in sum. concordat, dicens, quod si quis dicat, Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, &

Sup. hoc supra in Ref. 4. & lege cum per totam, & signantur ejus §. 2. & §.

RESOL. LVII.

Quidam Parochus olim quaesivit à me, an qui in forma Baptismi reliquerit illas particulas In, &c. dicendo, Ego te baptizo nomine Patris, Filij, Spiritus sancti, conficeret Sacramentum? Et si conficiat, an ita baptizando peccet mortaliter? Ex p. 1. tract. 15. & Misc. 1. Resol. 47.

§. 1. Uoad particulam in, Reginald. rem. 2. lib. 24. cap. 1. num. 30. Comitolo. in respons. moral. lib. 1. quest. 9. num. 3. Tolet. lib. 2. cap. 19. num. 1. Barthol. ab Angelis ubi infra, & alij putant, si in forma baptismi omittatur, Sa-

in hac Resol. 4. per totam, & signanter

INTON
Opera
Tom. 1 & II
E III